Boston Catholic Journal

www.boston-catholic-journal.com
editor@boston-catholic-journal.com

# Full Prayer to Saint Michael the Archangel

## by Pope Leo XIII

(from the Roman Ritual Rite of Exorcism)

| | |
|---|---|
| **Princeps gloriosissime caelestis militiae, sancte Michael Archangele**, defende nos in proelio et colluctatione, quae nobis adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae, in caelestibus. Veni in auxilium hominum, quos Deus creavit inexterminabiles, et ad imaginem similitudinis suae fecit, et a tyrannide diaboli emit pretio magno. Proeliare hodie cum beatorum Angelorum exercitu proelia Domini, sicut pugnasti contra ducem | **O glorious Prince of the Heavenly host, Saint Michael** the Archangel, defend us in the battle and fearful warfare that we are waging against the principalities and powers, against the rulers of this world of darkness, against the evil spirits. Come thou to the assistance of men, whom Almighty God created immortal, making them in His own image and likeness and redeeming them at a great price from the tyranny of Satan. Fight |

superbiae luciferum, et angelos eius apostaticos: et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in caelo. Sed proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et satanas, qui seducit universum orbem; et proiectus est in terram, et angeli eius cum illo missi sunt.

En antiquus inimicus et homicida vehementer erectus est. Transfiguratus in angelum lucis, cum tota malignorum spirituum caterva late circuit et invadit terram, ut in ea deleat nomen Dei et Christi eius, animasque ad aeternae gloriae coronam destinatas furetur, mactet ac perdat in sempiternum interitum. Virus nequitiae suae, tamquam flumen immundissimum, draco maleficus transfundit in homines depravatos mente et corruptos corde; spiritum mendacii, impietatis et

this day the battle of the Lord with thy legions of holy Angels, even as of old thou didst fight against Lucifer, the leader of the proud spirits and all his rebel angels, who were powerless to stand against thee, neither was their place found any more in heaven. And that great dragon was cast forth, the ancient serpent, who is called the devil and satan, who seduces the whole world; and he was cast forth upon Earth, and his angels were sent with him.

But behold! the ancient enemy of mankind and a murderer from the beginning has been fiercely aroused. Changing himself into an angel of light, he goes about with the whole multitude of the wicked spirits to invade the earth

blasphemiae; halitumque mortiferum luxuriae, vitiorum omnium et iniquitatum.

Ecclesiam, Agni immaculati sponsam, vaferrimi hostes repleverunt amaritudinibus, inebriarunt absinthio; ad omnia desiderabilia eius impias miserunt manus. Ubi sedes beatissimi Petri et Cathedra veritatis ad lucem gentium constituta est, ibi thronum posuerunt abominationis et impietatis suae; ut percusso Pastore, et gregem disperdere valeant.

Adesto itaque, Dux invictissime, populo Dei contra irrumpentes spirituales nequitias, et fac victoriam. Te custodem et patronum sancta veneratur Ecclesia; te gloriatur defensore adversus terrestrium et infernorum nefarias potestates; tibi tradidit Dominus animas redemptorum in superna

and blot out the Name of God and of His Christ, to plunder, to slay, and to

consign to eternal damnation the souls that have been destined for a crown of everlasting life. This wicked serpent, like an unclean torrent, pours into men of depraved minds and corrupt hearts the poison of his malice, the spirit of lying, impiety and blasphemy, and the deadly breath of impurity and every form of vice and iniquity.

Be favorable to Thy Church, the Bride of the Lamb without spot, whose enemies have filled to overflowing with gall and inebriated with wormwood. They have laid profane

felicitate locandas. Deprecare Deum pacis, ut conterat satanam sub pedibus nostris, ne ultra valeat captivos tenere homines, et Ecclesiae nocere. Offer nostras preces in conspectu Altissimi, ut cito anticipent nos misericordiae Domini, et apprehendas draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et satanas, ac ligatum mittas in abyssum, ut non seducat amplius gentes. Hinc tuo confisi praesidio ac tutela, sacri ministerii nostri auctoritate [si fuerit laicus, vel clericus qui ordinem exorcistatus nondum suscepit, dicat: sacra sanctae Matris Ecclesiae auctoritate], ad infestationes diabolicae fraudis repellendas in nomine Iesu Christi Dei et Domini nostri fidentes et securi aggredimur.

**V. *Ecce Crucem Domini, fugite partes adversae.***
**R. *Vicit Leo de tribu Iuda, radix David.***

hands upon Her most sacred treasures. Where the See of the most blessed Peter and the Chair of Truth has been constituted as a light to the nations, there they have placed a throne of their abomination and impiety; so that with the Pastor struck, they may prevail to disperse the flock.

Therefore, most invincible Leader, be with the people of God against this spiritual wickedness and bring about victory. Thou art venerated by Holy Church as Her guard and patron; Thou art glorified as our defender against the impious powers of earth and of hell. Unto thee the Lord hath handed over the souls of the redeemed to be placed in happiness above. Entreat the God of peace, to

**V.** Fiat misericordia tua, Domine, super nos.
**R.** Quemadmodum speravimus in te.

**V.** Domine, exaudi orationem meam.
**R.** Et clamor meus ad te veniat.

[Si fuerit saltem diaconus subiungat
**V.** Dominus vobiscum.]

**R.** Et cum spiritu tuo.

## Oremus

Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, invocamus nomen sanctum Tuum, et clementiam Tuam supplices exposcimus ut, per intercessionem immaculatae semper Virginis Dei Genetricis Mariae, beati Michaelis Archangeli, beati Ioseph eiusdem beatae Virginis Sponsi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum,

obliterate satan beneath our feet, lest he prevail further to hold men captive, and to injure the Church. Offer our prayers in the sight of the Most High, so that the mercy of the Lord may swiftly overtake us, and apprehend the dragon, the ancient serpent, who is the devil and satan, and send him bound into the abyss, so that he may seduce the nations no more. Henceforth having been confided to thy escort and protection, we sacred ministers by our authority [if recited by a layman, or cleric who has not yet taken up the order of exorcist, say instead, "by the authority of Holy Mother Church ], do undertake to repel the infestations of diabolical deceit in the Name of Jesus Christ, Our God and Lord.

adversus satanam, omnesque alios immundos spiritus, qui ad nocendum humano generi animasque perdendas pervagantur in mundo, nobis auxilium praestare digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

**V.** ***Behold the Cross of the Lord, depart from us, our adversaries.***
**R.** ***The Lion of the tribe of Juda, root of David, has conquered.***

**V.** Let Thy mercy be upon us Lord.
**R**. As much as we hope in Thee.

**V.** O Lord, hear my prayer.
**R.** And let my cry come unto Thee.

[If recited by at least a deacon add the following
**V.** The Lord be with you all.
**R.** And with thy spirit.]

## Let us pray

O God, and Father of Our Lord Jesus Christ, we invoke Thy Holy Name, and we humbly implore

Thy clemency so that, through the intercession of Mary, the Immaculate ever-Virgin Mother of God, of blessed Michael the Archangel, of blessed

Joseph, the Spouse of the same blessed Virgin, of the blessed Apostles Peter and Paul, and of all the Saints, Thou may deign to offer us aid against satan, and all the other unclean spirits, who wander through the world to injure the human race and to destroy souls. We ask this through Christ Our Lord. Amen.

2004 - 2021 Boston Catholic Journal